saul. dixitque ad viros suos. Propici
sit mihi dominus ne faciam hanc rem do
mino meo christo domini. ut mittam
manum meam in eum. quia christus
domini est. Vivit dominus quia nisi
dominus percusserit eum. aut veni
at dies ut moriatur. aut descen
dens in prelio perierit. propicius sit
mihi dominus ne mittam manum meam
in christum domini. Confregit david vi
ros suos sermonibus et non permi
sit eos ut consurgerent in saul.
Porro saul exurgebat de spelun
ca. et pergebat cepto itinere.
Surrexit autem david post eum.
et egressus de spelunca clama
vit post tergum saul dicens. Do
mine mi rex. Et respexit saul
post se. et inclinans se david
adoravit et dixit. Quare audis
verba hominum loquentium. da
vid querit malum adversum
te. Ecce hodie viderunt oculi
tui. quod tradiderit te dominus in
manus meas in spelunca et cogi
tavi ut occiderem te. sed pepercit
tibi oculus meus. Dixi enim.
Non extendam manum meam in
domino meo quia christus domini est. Do
Congregati minica. vii.
sunt philistim et venerunt.
et castra metati sunt in sunam.
Congregavit autem et saul univer
sum israel et venit in gelboe. Et

errore emiceretis · quia una tantum
in xpo operatione doctrinatizare presu
mit · peculiaritatis finibus expellendus
Q uis enim non uideat hoc quod super tur
bam miseretur dominus ne uel media ne
uel uia longioris deficiat labore
esse affectu & compassione humane
fragilitatis quod uero de septem panibus
& de duobus piscibus quattuor milia ho
milia hominum saturauit · diuine
opus esse uirtutis . M ystice autem hoc
miraculo designatur · quod uiam se
culi presentis aliter incolomes tran
sire nequimus · nisi nos gratia redemp
toris nostri alimento suo uber reficiat ·
I n hoc uero typice inter hanc refectio
nem & illam quinque panum ac duorum
piscium distat · quod ibi littera ueteris
instrumenti spiritualis gratie plena esse
signata est · hic autem noui ueritas
ac gratia testamenti fidelibus mini
stranda monstrata est · M ane
utraque refectio in monte celebra
ta est · ut aliorum euangelistarum narratio
declarat · quia utriusque scriptura te
stamenti recte intellecta altitudi
nem nobis celestium preceptorum man
dat & premiorum · utraque altitudinem
xpc qui est mons domus domini initi
ce montium consona uoce predicat ·
Q ui edificata super se ciuitatem si
ue domum domini id est ecclesiam in alta
bonorum operum extollit · & cunc
tis manifestatam gentibus exhibet ·